

# The Electronic Manipulus florum

www.manipulusflorum.com

## Religio ar cum uariis

An nescis dyabolum expulsum a capitulo celi, Adam a capitulo paradysi, Iudam a capitulo Christi? Primum capitulum fuit in celo, secundum in paradysso, tertium in orto. In unoquoque tamen preerat Deus. In primo culpa superbie, in secundo inobediencie, in tercio auaricie. De primo dicitur: Ponam sedem meam ad aquilonem et ero similis altissimo; de secundo dicitur: De ligno sciencie boni et mali ne comedas; de tercio dicitur: Et retulit triginta argenteos et proiecit in templo. Pena prime culpe casus, secunde labor, tercie laqueus. De prima dicitur: Vidi Sathan id est fulgur de celo cadentem; de secunda: In sudore uultus tui uesceris pane tuo; de tercio: Laqueo se suspendit. Hiis tribus tres claustralium ordines assimilantur, hii scilicet qui sedem prelacionis querunt et preesse non possunt, alii qui nec obedire uolunt, tercii familiares magistris loculos portantes et in occulto detrahentes.

Hugo ibidem.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

Religio ar] Religio as P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; in *om.* L<sup>1</sup>; comedas] comedat C, comedatis P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; retulit] retulis C; secunde] secundus P V<sup>1</sup>; id est] tanquam P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; cadentem] cacendem P, accendem V<sup>1</sup>, descendentem V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; uultus] uultis B C, *om.* V<sup>1</sup>; uesceris] uisceris V<sup>1</sup>; tercio] tercia P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; qui] primi quoniam P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; detrahentes] detrahendes B; Hugo *om.* L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>